UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Effectibus Religionis. Tit. 11

urn:nbn:de:hbz:466:1-62002

Visual Library

TITULUS XI.

De Effectibus Religionis.

SUMMARIA.

1. *Effectus religionis plures; ut pœnæ pro peccatis debitæ remiſſio.*
2. *Alterius Voti extinctio.*
3. *Irregularitatis dimiſſio.*
4. *A poteſtate Patria liberatio.*
5. *Maculæ quoad actus temporales expiatio.*
6. *Ingratitudinis purgatio.*
7. *Facultatis diſponendi de rebus privatio.*
8. *Quid ſi Papæ accedat licentia.*
9. *An ea ejus expirat morte.*
10. *Quæ dictæ prohibitionis ratio.*
11. *Quid hic per Concilium Tridentinum diſpoſitum.*
12. *Solemnitas illa an & quando in minori neceſſaria.*
13. *Quæ nomine renuntiationis veniant.*
14. *An Eleemoſynæ & quales.*

POſt modos, quibus Religioſi fiunt, explicatos; reſtat ut de *effectibus Religionis* videamus.

Qui ſunt; *Pœnæ pro peccatis debitæ remiſſio:* 2. *Cujuſcunq; alterius Voti extinctio:* 3. *Irregularitatis dimiſſio:* 4. *A patria poteſtate liberatio:* 5. *Maculæ quoad actus temporales expiatio:* 6. *Ingratitudinis purgatio:* 7. *Facultatis de rebus ſuis diſponendi privatio.* 1

I. *Pœnæ pro peccatis debitæ remiſſio: can. quis aliquando. §. his auctoritatibus. de pœnit. diſt.* 1. *Novel.* 5. *in princ.* Quippe per obſervanti-

am regulæ ad ſalutem facilior eſt via. Reddit rationem S. Bernardus *lib. de præcepto & diſpenſat. ad fin.* dum ait; *Religionis profeſſionem eſſe perfectiſſimam ſæculi abrenuntiationem, & opus excellentiſſimum univerſa alia vitæ humanæ ſuperans.* & S. Thomas. 2. 2. *qu. ult. art.* 2. reddit rationem aliam; quia ſi eleemoſynis poſſunt peccata omnia redimi; juxta illud Danielis 4. *Peccata tua eleemoſynis redime;* quantò magis Religionis profeſſione, quæ eleemoſynam excedit longo intervallo; Per hanc enim erogatur quod extra ipſum hominem eſt, & ex eo quod abundat detrahitur pars aliqua; per illam verò non pars, ſed omnia, nec aliquid extra ſe, ſed ipſimet profitentes divino in perpetuum traduntur officio. Quare effectum iſtum Profeſſioni tribuunt Doctores; *ut Fr. Emman. quæſt. regul. tom. 2. qu. 87. art. 1. Campan. in diverſor. jur. Canon. rubr. 12. cap. 10. num. 1. Azor. Inſt. Moral. part. 1. lib. 12. cap. 5. qu. 11. Barthol. à S. Fauſto in theſaur. Relig. lib. 5. qu. 315. cum ſeqq. Roderic. in compend. quæſt. regular. reſol. 77. aliiq; alleg. per Barboſ. Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 42. num. 179. videatur Navarr. de indulgent. notab. 10. num. 17. Sanch. de matrim. lib. 12. cap. 5.*

2 II. *Cujuſcunq; alterius Voti extinctio;* Nam in Religionis Votum, omne mutatur Votum: quia obſequium temporale mutatur in perpetuum. *c. ſcripturæ. 6. de Voto. S. Thomas* 2. 2. *qu.* 88. *à* 12. *ad* 1. *&* *qu.* 189. *à* 3. *ad* 3. *Sotus de juſt. & jur. lib. 7. qu. 4. art. 3. verſ. 4. Covarr. in c. quamvis pactum. part. 1. §. 3. num. 4. verſ. de pactis. Campan. d. loc. num. 2. Miranda in man. Prælat. tom. 1. qu. 25. art. 7. Palao tom. 3. tract. 16. diſp. 2. punct. 8. num. 4. Peregrin. in comment. ad conſtit. Cleric. Regular. reſolut. 140. Sanch. in præcepta Decalogi. lib. 5. cap. 5. num. 36. cum ſeqq.*

3 III. *Irregularitatis dimiſſio;* Scilicet quæ non provenit ex delicto proprio: *ſec. Dd. quos citat Sanchez. de matrim. lib. 3. diſp. 89. num. 2. & 3.* & eſt in jure expreſſa: ut orta ex natalium defectu. *Campan. d. loco. num. 3. Avil. de cenſur. par. 7. diſp. 10. num. 3. Palao d. loc. num. 8. Barboſ. in collect. ad c. cum deputati. num. 6. de judic. & in Jur. Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 42. num. 187.* Ideoque illegitimus per religionis ingreſſum & profeſſionem emiſſam, *Felin. in c. cum deputatur. num. 2. de judic. Franc. in c. 1. num. 11. de filiis Presbyter. in 6. Rebuff. in prax. benef. tit. de diſ-*

*de diſpenſat.ſup.defectu natal.num.*66. fit ſine ulla nova Superiorum diſpenſatione, aptus ad ſuſcipiendos omnes ordines ſacros: *Fr. Emman. quæſt.regul.tom.*1.*qu.*13. *Reginald. in praxi fori pœnitent.tom.*1.*qu.*25. *art.*10.*concl.*1. *Bellet.diſquiſit. Cleric.part.*1.*tit. de diſciplina Clericor.* §. 3.*num.*36. *Campan.d.tract.rub.*1.*cap.*13.*num.*115.*cum ſeqq. Roderic. d.tract.reſol.*52.*num.*40.*aliiq; citati per Barboſ.d.loc.num.*187. (Non obſtante Motu proprio Sixti V. contra illegitimè natos. Abrogavit enim illum Gregorius XIV. *conſtit. incip. Circumſpecta Romani Pontifi- cis.de anno* 1591. *Azor. in Inſt.moral.part.*1.*lib.*12.*cap.*3.*qu.*8. *Fr. Emman. d.qu.*13. *art.*3. *Suar.tom.*2.*de cenſur.diſp.*50.*ſect.*5.*num.*12.) necnon ad ſuſceptorum uſum: *Barthol.de Vecchis in praxi ſervandâ in admittend. ad relig.ſtat.novit.diſp.*13. *dub.*6.*num.*1. *Laur. de Peirinis. tom.*2.*de Prælato.qu.*2.*qu.*5.*num.*134.*vid. Sanch.de matrim.lib.*8.*diſp.* 13.*num.*13. (Quæ tamen irregularitas profeſſione annullatâ reviviſcit: *Riccius in praxi aurea reſolut.*311.) Non tamen ſine diſpenſatione Papæ, *Tambur.de jure Abbat.tom.*1.*diſp.*5.*qu.*14.*num.*7.*de Peirinis.d.qu.* 5.*num.*137. ad Prælaturas in ordine. *c.*1.*de filiis Presbyt.& ibi Butr.& Abb.Zabar.quæſt.*7. *Fuſc.de viſit.lib.*2.*cap.*15.*num.*36. *Mandoſ.de ſignat.grat.tit.de diſpenſ.ſuper.defectu natal.§.pen.Graff.in aur.deciſ.part.* 1.*lib.*3.*cap.*3.*num.*8. *Barboſ.d.loc.num.*193. *Navar.conſ.*6.*tit.de filiis presbyt.Sanctarel.var.reſolut.qu.*40.*num.*1.2. nec ad effectum ſucceſſionis: *Socin.jur.conſil.*48.*num.*18.& 19.*lib.*1.*Benedict. ad c.Raynutius.verb.uxorem nomine Adelaſiam.part.*1.*num.*11.*de teſtam. Covarr. de ſponſalib.part.*2.*cap.*8.§.7.*num.*4. *Roderic.d.tract.reſol.*76.*num.*9.

IV. *A poteſtate patria liberatio;* Per profeſſionem enim filiusfamilias liberatur à poteſtate patria. Quod etſi nullo textu habeatur, tamen ratione forti ſuadetur; quia tranſit omninò in poteſtatem Abbatis: *Covarruv.in c.quia nos.num.*5.*de teſtam. Navar. commento.*3.*de regularib.num.*41. *Acoſta in c.ſi pater.de teſtam.in*6.*part.*2.*verb.teſtatore mortuo.num.*11. *Pinell.lib.*1.*part.*1.*num.*46.*ad tit.Cod.de bonis matern. Tapia in Auth.ingreſſi.C.de SS.Eccleſ.Tambur.d.tract.tom.*3.*diſp.*6.*qu.* 27.*num.*10. Intellige ſi filio ſit utile eâ liberari. *Sanch.d.lib.*5.*cap.*5. *num.*30.*quem vide.* 4

V. *Maculæ, quoad actus temporales expiatio;* Ineptus enim ad te- 5

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtificandum, quia perjurii aut furti damnatus, per profeſſionem ſ[…] ſpontaneam, fit aptus ad teſtimonium ferendum. *Gloſſ. in c. cum depu[…] tati. de judic. ubi Felin. num. 2. Rebuff. in d. praxi. d. tit. num. 72. Sanc[…] d. loco, num. 27.*

6 VI. *Ingratitudinis purgatio;* Eſt enim profeſſionis prærogati[…] ea, ut emiſſa ante parentis mortem, præteritam filii profitentis ingra[…] tudinem, ob quam exheredari poterit, aboleat. *can. liceat. 19. qu.[…] Hippol. de Marſil. ſing. 413. num. 6. & in rubr. de fidejuſſor. num. 11[…] Roman. ſingul. 485. Benedict. d. loco verb. in eod. teſtamento. il. 2. num. 37. Covar. ad eund. cap. num. 20. Spin. in ſpeculo teſtam. gloſſ. 20. prin[…] Tyraquel. tract. de privileg. piæ cauſæ privileg. 30. Surd. de aliment. tit.[…] qu. 1. num. 30. cum ſeqq. Fr. Emman. qu. reg. tom. 2. qu. 77. art. 2. alii[…] citati per Barboſ. d. loco. num. 203. & 204. ut Panor. conſ. 27. num.[…] vol. 2. Sylv. verb. Religio. 6. qu. ad fin. Tabien. eod. verb. Merlin. de legi[…] ma. lib. 4. tit. 1. qu. 7. num. 3. in fin.*

7 VII. *Facultatis de rebus ſuis diſponendi privatio;* Nam Religio[…] expreſsè, vel tacitè profeſſi, non poſſunt teſtamentum condere; *c. qu[…] ingredientibus. 2. de teſtam. Navar. in man. cap. 27. num. 270. Tapia in[…] Auth. ingreſſi. C. de SS. Eccleſ. verb. ideoq́; c. 1. per tot. Boet. Epo incom[…] ment. ad d. c. 2. de teſtam. Craſſus §. teſtamentum. qu. 34. num. 1. aliiq; ali[…] per Barboſ. d. loco. num. 205.* etiam ad pias cauſſas, *Navar. comment[…] de Regular. num. 22. corol. 10. Magdalen. de num. teſt. part. 2. cap. 4. in Fr. Emman. d. art. 2.* aut accedente Prælati, inferioris Pontifice, auctorita[…] te; *Navar. d. com. num. 44. Avendan. de exequend. mand. part. 1. cap.[…] n. 34. verſ. tertiò requiritur. Graff. d. deciſ. aur. part. 1. lib. 3. cap. 5. n.[…] Pacian. conſil. 36. num. 103.* nec codicillari; *Navar. in man. cap. 27. num. 270. & d. com. 2. num. 43. & 44. Tapia d. cap. 1. num. 64.* aut mor[…] cauſſa donare: *Navar. d. locis. Fr. Emman. d. tom. 2. quæſt. 47. art. 7. in fin.* Licet facti Epiſcopi. *fac. can. un. 18. qu. 1. Barthol. à S. Fau[…] d. tract. lib. 8. qu. 190. Rodoan. de ſpoliis Clericor. qu. 3. num. 12. Roder[…] d. reſolut. 135. num. 4. Fr. Emman. d. tom. 3. qu. 69. art. 4. Pacian. con[…] 135. num. 33. vol. 1.*

8 Niſi accedat Papæ licentia, *Covar. ad d. c. 2. num. 10. & c. cum[…] officiis. num. 7. de teſtam. Redoan. d. tract. qu. 7. §. his præſuppoſitis. num[…]*

10. Sim. de Pratis de interpret. ult. volunt. lib. 2. interpr. 1. dub. 11. ſolut. 4. num. 73. Oviedo in praxi regular. part. 1. tract. 6. cap. 4. qu. 8. num. 39. Leſſius de juſt. & jure. lib. 1. cap. 41. dub. 8. num. 73. Benedict. Ægid. in repetit. l. 1. C. de SS. Eccleſ. part. 1. §. 1. num. 6. & §. 7. num. 7. expreſſa. *Barthol. à S. Fauſto. d. lib. 8. qu. 70. Navar. conſil. 71. in fine de regular. in antiq.*

Quæ ſemel conceſſa durat, donec ab alio Pontifice revocetur. 9
Socin. ſen. conſ. 13. num. 13. cum ſeq. lib. 1. Covar. in d. c. 2. & d. c. cum in officiis. Navar. de reditib. Eccleſ. qu. 3. §. 11. num. 2. Redoan. dd. tract. qu. 7. & §. num. 1. cum ſeqq. Sanch. de matrim. lib. 8. diſp. 28. num. 82.

Hæc ita; Quia bona & ſubſtantia eorum qui intrant Religionem 10
poſt factam profeſſionem ipſo jure ſunt Monaſterii: antea diſponere de iis poſſunt, reſervata tamen ſibi pro monaſterio portione virili: *Auth. ſi qua mulier. C. de SS. Eccleſ.* Inteſtati & non profeſſi decedentes, monaſterium habent, in iis quæ iſti dederunt, ſucceſſorem, ſervata tamen liberis vel parentibus legitima. *d. Auth. ſi qua mulier. & can. pen. 19. qu. 3. Aſcan. Clem. de patria poteſt. cap. ult. num. 76. Molin. de primogen. lib. 2. ſ. 20. num. 64. & 65. Gutier. Canon. lib. 2. cap. 1. num. 35. & ſeq. Caſtill. de uſufructu. lib. 1. cap. 65. num. 2. Molin. de Juſt. & Jure tract. 2. diſp. 140. col. 5. verſ. hoc tamen illorum. Sanch. d. lib. 7. cap. 9. num. 19. aliiq. alleg. per Barboſ. d. lib. & cap. num. 223.*

Verum hodie ex decreto Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. de Regular.* 11
cap. 16. nulla *bonorum renuntiatio* aut *obligatio* facta ante profeſſionem, & cum juramento, vel in favorem cujuſcunque piæ cauſſæ, valet, niſi profeſſionem (puta validam; *Sanch. d. lib. cap. 5. qu. 87. Barboſ. d. loc. num. 238.*) duobus menſibus præceſſerit, & Epiſcopi vel ejus Vicarii licentia adhibita fuerit.

Et ex ejuſdem Concilii eodem decreto monaſterio aliquid ante profeſſionem, excepto victu & veſtitu Novitii illius temporis, quo eſt in probatione dare parentibus, propinquis vel Curatoribus ejus, quocunque prætextu vetatur.

Dicta ſolemnitas decreti & neceſſaria in renuntiante annorum 12
ſedecim minore. *Gutier. canon. lib. 2. cap. 1. num. 34. Fr. Emman. in ſum. tom. 2. cap. 7. num. 7. & Quæſt. regul. tom. 2. qu. 47. art. 3. Valaſc. de*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

partit. cap. 16. *num.* 27. *Riccius tom.* 3. *prax. rer. quotidian. reſolut.* 355. *Sanch. d. lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 7. *Diſſ. Menoch. de arbitr. cent.* 5. *caſu.* 436. *num.* 8. *Læſ. Zech. de Republ. Eccleſ. tit. de Regular. cap.* 3. *num.* 14. *limit.* 8.

13 *Nomine* autem *renuntiationis*, aut *obligationis* intelliguntur in dicto decreto Concilii, omnes contractus lucrativi: *Fr. Emman. in ſum. tom.* 2. *cap.* 7. *num.* 4. *Sanch. d. lib. & cap. num.* 31. *Navar. in lucerna Regular. verb.* Renuntiatio. *num.* 3. comprehenduntur donationes inter vivos: *Navar. conſil.* 81. & 82. *de regular. in novis. Molina de Juſt. & Jure tract.* 2. *diſp.* 139. *col.* 3. *verſ. ambiget. Fr. Emman. in ſum. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 8. *Peregrin. in conſtit. Clericor. Regular. part.* 2. *cap.* 1. *lit.* G. §. officiorum publicorum temporalium renuntiationes in favorem factæ, ita ut ſtatim transferantur: *Sanch. d. cap.* 5. *num.* 43. *Barthol. de Vecchis in praxi ſervanda in admittend. ad relig. ſtatum Novit. diſp.* 8. *dub.* 7. *num.* 7. fidejuſſiones: *Sanch. d. loco. num.* 34. *Barth. de Vecchis d. diſp. dub.* 7. *num.* 8. à reddendarum rationum neceſſitate liberationes. *Navar. conſ.* 83. *tit. de regular. de Vecchis d. dub. num.* 9. *Barboſ. d. loco num.* 225. *cum ſeqq.*

14 Non comprehenduntur, Eleemoſynæ modicæ per novitios monaſterio factæ: *Garc. de benef. part.* 11. *cap.* 9. *num.* 17. *Azor. Inſt. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 9. *Peregrin. d. p.* 2. *c.* 2. *lit.* G. §. 7. donationes Deo, B. Mariæ aut Sanctis oblatæ: *Fr. Emman. d. tom.* 2. *qu. regul. qu.* 4. *art.* 5. *Sanch. d. cap.* 5. *num.* 28. *de Vecchis. d. dub.* 7. *num.* 11. *in princ.* nec pro ſolemnitate & feſtivitate tempore profeſſionis expenſa: *Suar. tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 22. *ſect.* 5. *num.* 15. *Sanch. d. cap.* 5. *num.* 22. nec donationes factæ ex donantium, non novitii, bonis: *Suar. de relig. tom.* 3. *lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 16. *Sanch. d. cap.* 5. *num.* 23. nec contractus ultro citroque obligatorii: *Sanch. d. loc. num.* 33. *Novar. lib.* 2. *quæſt. forenſ. qu.* 154. *Sperell. deciſ.* 16. *num.* 52. & 58. *Tamburin. de Jure Abbatiſſar. diſp.* 4. *qu.* 10. *num.* 11. nec beneficiorum renuntiationes: *Villalob. in ſum. part.* 2. *tract.* 33. *diffic.* 17. *num.* 11. *Garc. d. p.* 11. *cap.* 9. *num.* 12. & 13. nec voluntatis ultimæ diſpoſitiones: *Garc. d. loc. num.* 13. *Emm. Sà verb. Religio. num.* 5. *Gratian. diſcept. forenſ. tom.* 5. *cap.* 587. *num.* 30. *Oviedo in praxi Regular. part.* 1. *tract.* 6. *cap.* 3. *qu.* 8. *n.* 17. *Barboſ. d. loc. num.* 234.

Gutier.

Gutier. in c. quamvis pactum. de pact. in 6. & verb. dum nuptui tradeba- tur. & Canon. quæſt. lib. 2. cap. 1. num. 26. cum ſeqq.

TITULUS XII.

De Statu & Vita Religioſorum, ſeu Monachorum.

SUMMARIA.

1. *Status ſumitur generaliter & ſtrictè.*
2. *Generaliter quomodo.*
3. *Strictè quomodo.*
4. *Tales conſtituuntur in Eccleſia tres, & quare.*
5. *Primus Religioſorum: Et quotuplex.*
6. *Quomodo hic accipitur.*
7. *Religioſi quomodo vitam componere debeant.*
8. *Certæ propterea traditæ regulæ; & circa quæ.*
9. *Quæ circa negotia & Officia. Primo.*
10. *Ne venentur, aut Jaculatoribus intendant.*
11. *Procurent aut poſtulent, niſi cum Superioris licentia.*
12. *Qui poſſunt citra illam.*
13. *Tabellionis officium ne exerceant.*
14. *Arbitrium ne ſuſcipiant.*
15. *Chirurgiam non exerceant.*
16. *Tutelæ adminiſtrationem ſuſcipiant.*
17. *Fidejubeant.*
18. *Juri Civili aut Medecinæ operam dent.*
19. *Ultimæ voluntatis Executores ſint.*

20. Se-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN